

N. H. II, 68.
h. 10, 8.

X 187 9533

II m
455

DISSERTATIO
DE
INSIGNIBUS
PRINCIPATUS,

Quam

ADSPIRANTE SUPREMO NUMINE
SUB PRÆSIDIO
VIRI

*Plurimum Reverendi, Excellentissimi & Clarissimi,
DN.*

FRIDERICI RAPPOLTI;
S.S. Theol. Licentiati, Poëf. Prof.

Publici & Majoris Princip. Collegii Collegiati, &c.
Præceptoris sui plurimum observandi,

die 26. Septembris,
Publico examini submittit

EDUARDUS RÜDELIUS à Leuenstern/
Auctor & Respondens.

LIPSIÆ,

Literis JOHANNIS-ERICI HAHNII,
ANNO M DC LXIII.

24

24

VIRIS

Magnifico, Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimoq;

**DN. CHRISTIANO LAUREN-
TZIO** ab Adlershellen /

Serenissimi ELECTORIS SAXON. Consiliario,
Scabinatûs Assessori & Reip. Lipsiensis Consuli longè
meritissimo.

Magnifico item, Nobilissimo, Strenuò, atq; Amplissimo

DN. JOHANNI GOETZIO,

in Höffichen / SENATORI spectatissimo & CAMERA-
RIO apud Vratislavienses benè meritissimo.

Itemq;

Nobili, Amplissimo, Prudentissimoq;

DN. HEINRICO BECKERO,

Hæreditario in Nitzschwitz / Dehnitz & Pönitz / Senatori
Reip. Lipsiensis & Mercatori celeberrimo.

Et

Nobili, Amplissimo ac Prudentissimo

DN. JOHANNI ERNESTO

BOSIO, Senatori & Mercatori primario.


*Mæcenatibus, Fautoribus, Patruelibus, Affiniq;
summâ semper observantiâ mibi
colendis.*

Exercitium hoc Academicum

D. D. D. D.

Eduardus Rüdélius à Leuenstern /
AUCTOR.





I. N. J.

PRÆLOQVIUM.

Specimen industriæ edere jussus aliquod, rem non indignam adolescente studioso me facturum existimavi, si, quæ de insignibus Magistratus, quæ notæ sunt in sensus incurrentes, quibus potestas principalis representatur, hinc inde sparsim legi, in fasciculum quasi nunc congererem, & erudito examini aliorum exponerem. Ne verò sine omni ordine id fiat, quanquam difficile sit accuratum ordinem hinc servare, pro membris corporis, quibus insignia illa adhæserunt, materiam omnem distribuemus. Quædam enim illorum capitis gestamina fuere, quædam humerorum aut ipsius corporis: aliqua etiam manuum: vel propriarum, vel ab aliis ad hos usus commodatarum. A capitis insignibus meritò exordimur: post ad reliquorum membrorum ornamenta atque insignia progressuri. DEUS faxit, ut feliciter.

CAPITULUM I.

DE

DIADEMATE.

Diadematis Etymon. Quid fuerit. Apud quas gentes in Usu. Auctor hujus insignis. Quomodo alias dictum. Alia notabiliora.

Auspiciari hoc caput lubet derivatione vocis, quoniam, ut ait incomparabilis & divinus HEROS J. C. *Lib. 1. de Ca-*
Scaliger: Ex nominis interpretatione facilius reira- *sis LL. 6. 4.*

ern/



Beermannus
de Origin. L.L.
p. m. 400.
401.
Epist. 80. p.
m. 239.

Alexand. ab
Alexand. libr.
l. c. 28. p. m.
47. Justinus
l. 15. c. 3. §. 13.
Cornelius Ne-
pos. Eumene
c. 7. §. 2.

Plutarchus in
Vita Luculli
p. m. 502. A.

tio nota fit. Hunc ductorem sequi, non indignum judi-
camus. Deducitur autem DIADEMA Græcè *διάδημα* *δοῦν*
τῆ διαδῶν circumligando, seu revinciendo. Si rem ipsam
diligenter retractemus, apparet, nihil aliud fuisse, quàm
fasciam, quæ capiti Regis vel Reginae circumligabatur, ex pre-
tiosissimo panno confectam; quemadmodum testis est Se-
neca: Videsne illum Scythiæ Sarmatiæve regem insigni ca-
pitis decorum? Si vis illum æstimare, totumque scire, qua-
lis sit, fasciam solve: multum mali sub illa later. Non igitur
corona ex auro & gemmis, ut nonnullis perperam per-
suasum, fuit. Quod non Persarum solum, sed etiam Græ-
corum, Romanorum, Armeniorum exemplo confirmari
potest. Apud Persas memorant, Alexandrum Mag. Baby-
lone agentem, cum animum relaxare vellet, triremi con-
scensâ in Euphrate navigasse, ac in medio flumine diadema
illi delapsum esse. Quod cum nauta quidam adnatans ex-
cepisset, & quia aliter ad navem redire non poterat, capiti
suo impositum illi retulisset: homini pro eo recuperato ta-
lentum donasse, sed quia illud indignè capiti suo impo-
suisset, caput abstulisse. Idem cum equo desiliens casu
Lysimachum vulnerasset, medendi vulneris causa diadema
sibi detraxit (nam candida erat fascia) illoque Lysimachi
vulnus alligavit. Apud Græcos Antigenes in principiis no-
mine Alexandri statuit tabernaculum, in eoque sellam au-
ream cum sceptro ac diademate iussit poni, eoque omnes
quotidie convenire, ut ibi de summis rebus consilia cape-
rentur. Hoc insuper testatur virile factum *Monima Mile-*
sia Mithridatis uxoris, de qua scribit Plutarchus, quod à Re-
ge attentata, missis etiã quindecim aureorum millibus, non
ante tamen obsecuta sit, quàm pactio nuptialis intercesserit,
missoque ad eam diademate Reginam Mithridates appel-
laverit. Cum autem Mithridates a Lucullo victus esset, &
vere-

ver
ren
ut r
Eur
mi
Mo
fuit
inq
con
ma
spe
me
Inv
dun
& A
rii d
nis
de A
lio
Aur
nos
vest
batu
est E
Reg
bylo
in C
stass

Alia

vereretur, ne uxores & sorores in manus hostium perveni-
 rent, ex fuga eum immisisse ad eas Bacchidem Eunuchum,
 ut morte spontaneâ sese captivitate subducerent. Tunc
 Eunuchus illo jubente, ut quo quavis modo se facillime, &
 minimo cum dolore morituram putaret, eum deligeret;
 Monima illa diadema capiti detractum collo circumpo-
 suit, seque suspendit, eoque celeriter rupto, ô execrandum
 inquit, *pannum, ne ad hunc quidem usum aptus es?* idque
 conspuat & abjecit, jugulumque Bacchidæ præbuit. Apud Ro-
 manos, Tiberius Gracchus, manu caput tangens, præbuit
 speciem regnum sibi & diadema poscentis. Eodem sensu Ar-
 meniorum & Ponticorum regum proprium gestamen fuit.
 Inventorem autem hujus insignis si requiramus, fuit secun-
 dum naturæ Bibliothecarium Plinium LIBER PATER,
 & Alcisthenes Sybarita, nobilis vestis elaborator, in qua va-
 rii dii & terræ erant depictæ, quæ quotannis in templo Juno-
 nis Lucinæ miraculi loco ostendebatur. Auctor est Aristot.
 de Admirando Auditu, & Volat. l. 13. c. 3. Antrop. Ab Aure-
 lio Victore scribitur, Primum Romanorum Principum
 Aurelianum usurpasse, his verbis: Iste primus apud Roma-
 nos diadema capiti innexuit; gemmisque & auratâ omni
 veste, quod adhuc ferè incognitum Romanis moribus vide-
 batur, usus est. Aurel. Vict. Epit. p. 43. Apud Judæos, testis
 est Eusebius, primum sumsisse Aristobulum filium Jonathæ,
 Regem pariter & Pontificem, post CCCCLXXXIV. annos Ba-
 bylonicæ captivitatis, ex quo Nabuchodonosor populum
 in Chaldæam transtulit. Jubam quoque hoc insigne ge-
 stasse, innuit Silius Italicus his verbis:

--- Regniqve insigne vetusti
 Gestat Juba decus, cinguntur tempora vitta
 Albenti, — — — ---

Aliàs vocatur, capitis decus, Regium insigne, Regium de-
 cus;

Florus lib. 3.

c. 14. §. 7.

Alexand. ab

Alexand. lib. 1.

c. 28. p. m. 47.

Lib. 7. c. 6.

Valerius Ma-
xim. lib. 7. c.
2. §. 8.

Lib. 6. c. 2. p.
m. 252.

cus; Regiæ frontis nota, Regni insigne, nobilis pannus. Antiochum enim ferunt, cum diadema ei traderetur, priusquam capiti imponeret, retentum diu considerasse ac dixisse: *O nobilem magis, quam felicem pannum!* quem si quis penitus agnosceret, quam multis sollicitudinibus, periculisque & miseriis sit refertus, ne humi quidem jacentem vellet tollere. Artabanus Rex Parthorum caput suum duplici diademate vincire jussit; testis est Herodianus. Egesippus ait eleganter: quid enim sella aurea ablatumque diadema, nisi regni forent insignia &c.

CAPITULUM II.

DE

CORONIS ET PILEIS.

Corona insigne Regnantium. Quis gestarit. Perse in sacrificando usurparunt. Græci pro insigni pacis ac amicitiae habuerunt. Coronam auream per legatos offerebant. Domitiani certamine coronam auream cum effigie Jovis usurpavit. Ex Corona divinatio. Triplex Corona Imperatorum. Auctor Coronarum. Mortuorum corpora etiam coronata. Corona varia: Triumphalis, Obsidionalis, Civica, Muralis, Castrensis, Navalis. Pilei descriptio. Insigne manumissionis, Nobilitatis, Sacerdotii. Operto capite regem adite magna dignitas.

Carolus Pa-
schalis lib. 1.
c. 1. de Coronis.

INter insignia dominatus, quæ regibus ipsisque adeo Imperatoribus in publicis solennitatibus adhiberi solita, etiam fuit CORONA, de qua jam dicendum. Primo CORONA à κορωνίς aut κορώνη, eratque circulare capitis gestamen non arcendæ injuriæ, sed ea re inventum, ut sit luculentum insigne lætitiæ, pietatis, morum optimorum, ingenii & doctrinæ, virtutis ac strenuitatis, victoriæ & felicitatis, denique summi inter homines fastigii. Fuisse signum potestatis eorum, qui præsunt & regunt, & se & alios, videtur docere Hieronymus ad quendam suum Levi-

tam

tam scribens, relatus à Gratiano: Inde, inquit, clerici, hoc est, sorte electi vocantur à κληρῶν, quod Latinè fors; omnes enim Deus in suos elegit: ii namque sunt Reges, id est, se & alios in virtutibus regentes: & ita in Deo regnum habent, & hoc designat corona in capite, hanc coronam habent ab institutione Romanæ Ecclesiæ in signum regni, quod in Christo expectatur. Corona autem non à Persis solum, sed à Græcis quoque & Romanis fuit usurpata. Persas in sacrificando adhibuisse, ostendit Xenophon his verbis: κῦρῶν μὲν ἕστεφανωμένῶν ἔθνε· παρήγγειλε δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοτίμοις ἕστεφανωμένοις πρὸς τὰ ἱερά παραίνα. Græci autem pro insigni honoris & gloriæ habuerunt, mercedisque ac præmii loco benè de Rep. meritis dederunt, quemadmodum exemplo Thrasybuli apparet. Cum enim Thrasybulus pepulisset triginta Tyrannos & legem oblivionis injuriarum inter cives sancivisset & custodiri fecisset: huic pro tantis meritis honoris causâ corona à populo data est, facta ex duabus virgulis oleaginis; quæ quod amor civium non vis expresserat, nullam habuit invidiam, magnæque fuit Gloriæ. Sic Alexandro per legatos à Tyriis in titulum gratulationis corona aurea magni ponderis fuit missa. Apud Romanos Imperatorum gestamen fuisse, Domitiani exemplum docet. Hic enim semper Certamini præsedit crepidatus, purpureaque amictus toga Germanica, vel ut alii legunt Græcanica, capite gestans coronam auream cum effigie Jovis ac Junonis, Minervæque, assidentibus Diali sacerdote, & collegio Flavianum pari habitu: nisi quod illorum coronis inerat & ipsius imago. Ex coronæ lapsu casum regni collegere nonnulli conjecturâ & divinatione seu præfagio: quomodo Polydorus Virgilius refert Henrico II. Anglorum Regi paulò antequam ab Eduardo Eboracensi regno dejectus esset, cum in senatu ornatus regio habitu confedisset, subito è capite coro-

In cap. 7. Duo sunt genera 12. q. 1.

Lib. 3.

Cornel. Nepos. in Ejus Vita c. 4. §. 1.

Justinus l. 11. c. 10. §. 10.

Suetonius Domitiano c. 4. p. m. 277.

Lib. 23. Arist.

coro-

us.
us-
xif-
vis
lis-
llet
lici
pus
a,

rpa-
au-
cum
Im-
nata.
ren-
sa-

adeo
beri
um.
e ca-
n, ut
mo-
ia &
uisse
& ja-
Levi-
tam

Tholosanus lib.
6. c. 20. §. 41.
de Rep. p. 327.

Lib. 16. c. 4.

Carolus Pasha-
lius Lib. 1. c.
XII. de Coro-
nis.

In Vita Augu-
sti. c. 18.

Lib. 10. c. 10.
§. 13.

Alexand. ab
Alexand. lib.
4. c. 16. p. 228.
Idem ibid.
c. 17.

coronam in terram decidisse. In Electione Imperatoris Romano Germanici sunt, qui Imperatorem triplicem coronam accipere, scribant. Primam ferream insigniri ajunt Aquigrani, per quam Germanorum Rex designetur. Deinde Modetiae oppido Longobardorum, in aede divi Johannis, aliam ferream vel palea contexta (ut Merula & Volaterranus tradunt) quam Rex Longobardorum declaretur. Tertia & postrema Romae a Pontifice maximo, per quam Imperator Augustus, & Romanorum Princeps pronuncietur. Auctor Coronarum, si Plinio credimus, LIBER PATER fuit. Sic enim scribit: Ferunt primum hominum Liberum Patrem, imposuisse capiti ex hedera. Nonnulli dicunt, Janum fuisse auctorem, qui idem fuit inventor farris & vini, & quia etiam far & vinum ab altaribus Deorum translata sunt ad mensam hominum, apud quas natae sunt prima coronae. Usus coronarum porro si consideremus, invenimus etiam mortuorum corpora coronata fuisse; quomodo Corybantum Exemplum satis ostendit, cum suum fratrem occidissent, caput mortui purpura contexerunt, & coronatum sepelierunt. Imitati Lacedaemonii, ubi in Pelopidam interfectum certatim congesta sunt trophea & coronae & omnis generis armaturae aureae. Is quoque mos coronandi mortuos a ceteris gentibus Romam translatus est. Quemadmodum Augustus relatu Svetonii, conditorium & corpus Magni Alexandri cum prolatum e penetrali subjecisset oculis coronam auream impositam, ac floribus aspersum veneratus est. Hujus ipsius Alexandri corpus Q. Curtius memorat, purgatum repletumque fuisse: Aureum Solium & capiti adjecta fortunae ejus insignia. Caligula novi generis coronas, Solis & Lunae ac Siderum specie commentus fuit. Vespasianus autem coronas ex cinnamomo in terrasili auro saepe templis dicavit. Caeterum variae apud veteres Coronae fuerunt.

fue
rato
les,
ab
civi
dab
ban
opp
mu
qua
pug
qui
leus
cap
qvo
sion
pile
pile
verl
pile
mo
acci
lum
foci
mar
por
ne,
ni a
cum
tem
Ad

fuerunt. Alia Triumphales, quæ ex auro factæ, & Imperatoribus ob honorem triumphii missæ. Alia Obsidionales, quæ erant gramineæ, & ei Duci dabantur, qui liberârat ab obsidione. Alia Civicæ, quas, ut inquit Agellius, civis civi, à quo servatus est prælio, testem vitæ, salutisq; perceptæ dabat, & fiebat è fronde querna. Alia Murales, quæ donabantur ab Imperatore, qui primus murum subiisset, inque oppidum hostium per vim ascendisset, quomodo P. Scipio muralem coronam in Hispania accepit. Alia Castrenses, quæ dabantur ab Imperatore ei, qui primus hostium castra pugnans introivisset. Alia Navales, quæ donabantur ei, qui primus in hostium navem vi armatus transfiliisset. Pileus (de hoc enim nunc dicemus) à πῖλον, aut πιλίον, erat capitis tegumentum laneum, vel quod ex pilis fieret, vel quod capitis pilos tegetet. Fuitque olim insigne manumissionis & libertatis. Nam qui manumittebatur, raso capite pileum gestare occipiebat, unde proverbium natum: Ad pileum vocare, id est, ad libertatem vocare. In cuius proverbii explicatione Erasmus in Chiliadibus scribit, videri pileum prisca insigne fuisse spectatæ virtutis, ut inde fluxerit mos, ut qui Magistri Doctorisq; titulo decorantur, pileum accipiant. Deinde etiam Nobilitatis apud Græcos Symbolum, apud Romanos Sacerdotii. Pileati autem fuere Lares, foci custodes. Lipsius primæ classis Antiquarius putat Romanos aperto semper fuisse capite, & solum quinque temporibus operto, nempe Ludis, Saturnalibus, Peregrinatione, Militia atq; Sacris. Deos certè capitibus opertis Romani adibant venerabanturque, ob populi libertatem. Nam cum olim manumitterentur servi, darenturque in libertatem, refecari capilli, & calvo capiti Pileus imponi solebat. Ad hunc locum eleganter alludit Persius, ita inquit:

Hæc mera libertas: Hoc nobis pilea donant.

B

Cum

Rosinus in Antiquitatibus Romanis lib.

10. c. 27. p. m.

618.

Lib. 5. c. 6. p.

m. 180.

Vellejus Paterculus lib. 1. c.

12. §. 3.

Antiquitat.

Roman. Compend. Hildebrand. p. 219.

p. m. 471.

Antiquitat.

Roman. Compend. Hildebrand. p. m.

219.

Sat. 5. v. 82.

Lib. 63. sub fin.

*Dom. Baudin
lib. 2. de In-
duc. Bell. Belg.
p. 56.*

*Aurpach. lib.
2. sing. alleg.
ca. 27.*

Cum Nero interfectus fuit, multi gestarunt pileos tanquam libertatem consecuti essent, ut Dio annotavit. Apud Satrapas autem Regis Hispaniarum sicut summa votorum est, quis inter magnates sive grandes nomen profiteri possit: sic dignitatis illius, post sacræ quidem militiæ societatem præcipuè hic est apex: ut appareat pileatus, seu tecto capite coram Regia Majestate. Neque verò ad eam dignitatem facile quis, nisi vel successionis vel meritorum magnitudine, admittitur. Unde quidem factum: ut cum Philippus II. Rex Hispaniarum Egmondanum Comitem, serentem secum de rebus gravioribus colloquia, pileo imposito caput operire jussisset, per argumentum illius honoris dignitatem Principis fuerit iudicatus, Regis sententiâ, accepisse.

CAPITULUM III.

DE

TIARA, CIDARI, ET TRABEA.

Tiara. Apud quas gentes in usu. In Numismatis expressa. Tiaram rectam, quis usurparit. Cidaris. A quibus gentibus usurpata. Descriptio. Trabæa. Triplex fuit. Quis primum gestarit. Non Reges solum usurparunt, sed & Consules & Equites. Militaris habitus etiam fuit.

*Justinus lib. 1.
c. 2. §. 3.*

Idem. 4. §. 10.

TIARA, Græcè *tiaris* vel *tiaga*, erat gestamen capitis apud Persas, genus pileoli incurvi, quod absq; ulla oræ latitudine, æquabile ex omni parte & rotundum erat, ac in acutum desinens, conum flexum inclinatumque ac paululum propendentem habebat. Ferunt primum à Semiramide ortum, deinde à Regibus Persarum solis erectum fuisse gestatum; cæteros à Regibus illustres, inflexum & demissum gestasse. Hos secuti Phryges, & in solennibus sæpè usi. Quæ de re eleganter L. Seneca Tragœd. Thyeste:

— — Hoc Phrygius loco
Fixus tiaras Pelopis.

Etiam

Etiam in quibusdam Numismatis, quorum faciem nobis
 Hubertus Goltzius, vir bono publico natus, in fastis magi-
 stratum exhibuit, circa triumvirorum Reip. constituenda
 tempora, quæ in DCCXV. ab U. C. annum inciderunt, Re-
 galis tiaræ Persicæ, figura quædam proponitur. In Cæsaris
 verò Augusti nummis, ob signa à Parthis recepta percussis,
 quos idem Goltzius edidit, Parthia supplex signa illa porri-
 gere & reddere fingitur. Solebant enim Persæ tiaram ho-
 noris causa deducere in eorum conspectu, quos veneraban-
 tur. Sic Nero Tiridati precanti, tiara deducta, diadema
 imposuit. Ita quoque Tigranem, ubi ad Pompejum venit,
 capiti tiaram detraxisse ferunt, eamque ad pedes Pompeji
 demittere conatum. Quæ Cicero paucis complexus est,
 Oratione pro Sextio, in hunc modum: Hunc (Tigranem
 videlicet) Pompejus cum in suis castris supplicem abjectumque
 vidisset, erexit: atque insigne Regium, quod ille de suo ca-
 pite abjecerat, reposuit, & certis rebus imperatis, regnare
 iussit. Tiarâ rectâ autem Reges tantum usos esse, Demara-
 ti Lacedæmonii exemplo videre licet, qui cum Xerxes ei, ut
 quid vis peteret, concessisset, petiit ille, ut Sardes, maximam
 Asiæ civitatem, curru vectus intraret, rectam capite tiaram
 gerens: id solis datum Regibus. Apud Assyrios tiara
 diademate obvoluta usitata erat, & tunica purpurea, & par-
 tim alba, quam nisi Rex induere nemo poterat: quos etiam
 Chaldæi sunt secuti. Inter TIARAM verò & CIDARIM
 non magna differentia est, ideò simul tractare in uno capite
 de utroque non ineptum erit. Et CIDARIS quidem vel
 Græcè *Kidaris*, tegumentum erat capitis, quo Persarum Re-
 ges peculiariter utebantur, albis maculis in cœrulei coloris
 fascia intermicantibus; quemadmodum Turcæ & Orienta-
 les & hodieque pileos suos ornare solent, circumibatque
 caput, quomodo tiara. Propriè autem Cidaridis pileus non

*Briffonius de
 Regno Per-
 sico lib. 2. p.
 m. 247.*

*Seronius Ne-
 rone c. 13.*

*Briffonius de
 Regn. Persico
 lib. 2. p. m.
 247.
 p. m. 660.*

*Seneca lib. 6.
 Benef. c. 31. p.
 m. 501.*

*Alexand. ab
 Alexand. lib.
 1. c. 28.
 Herodotus lib.
 7. & D. Ho-
 ronymus ad
 cap. 3. Danie-
 lis.*

*Lipsius Com-
 ment. lib. 6.
 Annal. Tacit.
 p. 256.*

*Epist. de Casar.
110.*

*Drexellus in
Prodromo Æ-
ternitat. num-
110 c. 1. §. 26.
p. m. 58.*

*Becmannus
de Orig. LL. p.
1096.*

*Alexand. ab
Alexand. lib.
5. c. 15. p. m.
286. confir-
mat qd 909. Plin-
nius lib. 9.
c. 39.
Idem ibid.*

*Lib. 7. Æneid.
9. 187.*

fuit, sed pars pilei & ornamentum, tenia nempe seu fascia
quâ pilei acuminati, quales Persarum tiaræ erant, circum-
inducebantur. Quod & Josephus agnoscit sacerdotalem
illum pileum describens & ταινίαν appellans, ut observavit
Salmasius. Hebræorum enim Pontifices Cidari uti solitos,
in qua Dei nomen habebant inscriptum, testis est Hierony-
mus. Christianos veteres in monumentis suis ejusmodi
pileorum formas cum Cidari pingere sive insculpere soli-
tos, ex antiquitatibus, quas Romæ Subterraneæ nomine An-
tonius Bosius edidit p. 564. constare potest. Etiam apud
Tartaros Cidaris usurpatur, quemadmodum Calipha Rex
Tartarorum in urbe Bagdad die festo, quem ipsi Ramadam
vocant, conspiciendum se populo daturus, mulâ vehens, &
vestibus ex auro & argento contextis conspicuus, fulgenti-
bus in Cidari gemmis pretiosissimis progreditur, supra Ci-
darim verò nigram calanticam gestat; quo quidem ritu om-
nem corporis ornatum, mortis tenebris occulendum si-
gnificat. Sed & de TRABEA, quæ insigne fuerit, hinc mo-
nendum. TRABEA derivatur à trabs, ob segmenta seu li-
stas trabium instar limas & obliquas; erat vestis purpurea,
quæ quasdam tanquam discolors pannorum trabes habe-
bat. Et erat triplicis generis: Namque unum Diis conse-
cratum, solâ purpurâ intexebatur: aliud regium ex purpu-
ra, immixto albo, quam reges consulesve induebant: tertia
auguralis fuit, quæ ex purpura fiebat & cocco: quo genere
augures uti assueverunt, dum auguria captabant: sæpius ta-
men sub tegmine punico, alterno textu purpurâ distingve-
batur. Primus autem Romulus usus fuit: Unde & trabe-
atus dicitur Ovidio, illo hemistichio:

— — trabeati cura Quirini.

Ubi Cura Quirini pro Quirino sive Romulo ponitur. Sic
etiam Virgilius.

Iple

Ipse Quirinali lituo parvâqve sedebat

Succinctus trabeâ.

Nec Reges tantum, verum etiam pulsus Regibus Consules
trabeati incessere: item Equites, cum trabeati idibus

*Rosin in An-
tiquitat. Rom.
libr. 5. c. 34.
p. 114.*

Quinctilibus transveherentur, eas usurparunt. Consules

hoc habitu in bello quoq; usi fuerunt: hujus trabeæ Con-
sularis meminit Ausonius in gratiarum actione pro Consula-

tu, his verbis: *In procinctu, & tum maxime dimicaturus,
Palmata vestis meæ ornamenta disposui feliciter, & bono omi-*

*ne: namq; iste habitus, ut in pace Consulis est, sic in victoria
triumphantis. Parum est, si qualis ad me trabea mittatur,
interrogas: te coram promijubes.* Pulcrè Claudianus de

6. Hon. Consul. ait:

--- tecum prælargâ vocavit

Ditandas ad dona tribus, fulgentia tecum

Collecti trabeatus adit delubra Senatus,

Romano puerum gaudens offerre favori.

Sic etiam Corippus Africanus de laudibus Justinii:

Incessit lætus præclara in veste Senatus.

Pars trabeis, pars compta togis, ut cuiq; probatus

Ordo locum, cultumq; dabat.

CAPITULUM IV.

DE

ANNULIS.

*Annulorum Etymon. Duplex significatio, nempe Laxa & Adstricta. Annuli
diversi sunt. Descriptio Annuli. Origo Annulorum. Inventor. Apud
quas gentes in usu. Status hominum olim & ordines Romæ per annulos
distinguebantur. Senatores & deinde Equites gestarunt.*



Annulus vel ut alii scribunt, Anulus & Anellus di-
minutiva sunt, & à voce Anus, quæ circulum signi-
ficat, derivantur. Habet igitur Annulus duplicem

B 3

signi-

Lib. 33. c. 1.

Lib. 13. c. 9.

Antiqvitat.
Roman. Com-
pend. Hilde-
brand. p. m. 19.

Curtius lib. 10.
c. 5. §. 4.

Cornel. Nepos
Eumene c. 2.
§. 2.

significationem, Laxam & Adstrictam. Hæc est, quâ usita-
tum & vulgo notum digitorum gestamen propriè denota-
tur. Græci à digitis δακτύλιον appellavere, teste Plinio. Pri-
sci autem Ungulum interpretati sunt: quod præter Plinium
dicto loco, testatur Festus: Ungulus Oscorum lingvâ annu-
lus. Idem autem Festus notat, anulum quoq; condalum
dici solitum: Condalus ait annulus: Condalium similiter
annuli genus, à Græco κόνδυλος, quod digiti articulum signi-
ficat, mutato υ in α, ut κίλιξ calix. Laxior autem significatio
est, cum Annuli appellatione signamus, quicquid ferè orbi-
culari forma præditum. Quo sensu annulos velares dixit
Plinius, quibus aulæa & cortinæ contrahuntur aut expan-
duntur. Lignum intus grande, firmæq; duritiæ, ex quo ve-
lares detornant annulos. Annuli erant diversi, alii è simpli-
ce metallo, ut ferro, auro, argento; alii è mixto, cum ferrum,
aut aliud metallum inaurabant, alii solidi, alii sine gemma,
quæ ἀπειροί & ἀψήφοι dicti, alii cum gemma, quibus imago
erat insculpta. Quid autem annulus aureus fuerit, aut qua-
lem significationem habuerit, ex hoc cognoscemus. Nimi-
rum nihil aliud fuit, quàm insigne Regium, & si quidem da-
retur alteri à Rege morituro, traditæ potestatis indicium.
Alexander enim M. morti jam vicinus, propius adire jussis
amicis (nam & vox deficere jam cœperat) detractum annu-
lum digito, Perdicæ tradidit, adjectis mandatis, ut corpus
suum ad Hammonem ferri juberet. Ex quo, ut Nepos ait,
omnes conjecerant, eum regnum ei commendasse, quoad
liberi ejus in suam tutelam pervenissent. Origo annulo-
rum incerta est. Fabulæ illorum vetustatem à rupe Cauca-
sea repetunt & Promethei vincula eò detorquent. Narrant
enim ipsum, quod ferulâ ignem è cœlo furtim sustulisset, à
Jove ad Caucasum religatum, & volucris objectum; sed
postea, cum Jovem monuisset, ut à Thetide abstineret, nisi
vellet

vellet ab eo, quem ipsa paritura esset, regno expelli, ejus indulgentiâ ab Hercule liberatum, hac tamen lege, quoniam juraverat, se nunquam eum soluturum, ut ad poenæ præteritæ indicium anulum ferreum digito gestaret, cui faxi fragmentum esset inclusum: hoc exemplo deinde mortales in gratiam Promethei annulos primum digitis induisse. Apud Hebræos & Ægyptios etiam ante Iliaca tempora annulos fuisse usurpatos apparet, cum ex facto Judæ, qui Thamarinurui suæ, quam fornicariam esse putabat, mercedem concubitus hædum poscenti, pignoris loco dedit anulum, cum monili, & virga. Sabinos etiam Romuli temporibus annulos gestasse, auctor est Dionysius Halicarnasæus, ita inquam: Hanc cupido subiit annulorum & armillarum, quas illi gestabant in sinistris brachiis. Deinde à Sabinis hunc morem Romani videntur accepisse, vel certe ab Hetruscis, quod innuere videtur Florus, qui inter alia magistratum insignia, quæ Tarquinius Priscus à Tuscis debellatis sumsit, etiam annulos ponit. Præter Numæ & Servii Tullii statuas, nullam aliam ex iis, quæ Regibus in Capitolio positæ erant, anulum habuisse, auctor Plinius. Nec Magistratus tantum ornamentum & insigne annuli fuerunt; sed status quoque hominum olim & ordines Romæ illis distinguebantur, ex auro, argento, ferro facti. Ferreorum usus apud Romanos erat antiquissimus. Nam primis ejus Reip. temporibus, ne Senatori quidem jus erat gestare aureum anulum, sed his tantum, qui legati ad exteras gentes ituri essent, annuli aurei publicè dabantur. Atque hi ipsi legatione perfuncti annulo publicè accepto, in publico tantum utebantur, intra domos verò ferreis. Paulatim verò obliterated illâ consuetudine non solum Senatores, verum etiam equites aureos annulos usurparunt: quibus tamen non licebat annulis uti, nisi à prætoribus donati fuisset.

Plinius in præfatione lib. 37.

et Servius in 6. Eclogam Virgilii.

Genes. c. 38. v. 18.

Lib. II. p. 102. ubi de Tarpeja.

Lib. 1. c. 20.

Lib. 33. c. 16.

Plinius lib. 33. c. 16.



Satyr. 7. lib. 2.
Lisius lib. 26.
in Orat. Leſi-
ni Conſulis.

Dion. lib. 48.

Plinius lib. 33.
c. 1. p. m. 1325.

fuiſſent, ut ait Acro apud Horatium. Atque hos annulos Senatus, tanquam dignitatis ſuæ inſignia retinebat, cum poſt cladem Cannenſem in ſumma ærarii inopia, ut ad æmulandum animos primùm eqveſtris ordinis, deinde reliquæ plebis excitaret, omne ſuum aurum, argentum, æs ſignatum in publicum conferret. Iſidorus aureum annulum liberis promiſcuè omnibus tribuit, his verbis: Annulum aureum neque ſervus neque libertinus geſtabat in publico, ſed annulo aureo liberi utebantur, libertini argenteo, ſervi ferro. Sed falſa eſt Iſidori diſtinctio. Nam inter omnes liberos ſoli Eqvites Senatoresque hoc jure aureorum annulorum gaudebant. Dion: Apud antiquos Romanos non modò liberto, ſed nec ingenuo quidem ulli aureo annulo licebat uti, niſi Senator eſſet aut Eqves. Annuli autem utraqve manu geſtabantur antiquitus: potiffimum lævâ, quia & otioſior ea eſt & plurimum latet: cum enim in propatulo annulos geſtare initio inſolens videretur, ſiniſtram manum, ut ſæpius latentem, his induere placuit.

CAPITULUM V. DE SCEPTRO ET BACULO.

Sceptrum in concionibus uſurpatum. In ſummo habuit aquilam. Græci per Regium ſceptrum jurarunt. Quis geſtarit. Alia notabilia. Externi Reges in ſummo ciconiam, in imò hippopotamum habuerunt. In Imperatoris Electione quoque adhibitum. Baculi deſcriptio. Germani quoque uſurparunt. Moscovia princeps dat baculum, ſi quem promovet ad officium. Quis uſurparit præterea.



Sceptrum quod attinet, originem traxit à Græco *σκήπτρον*, regni inſigne, quo Reges Majestatis gratiâ utebantur in concionibus. Propriè autem ſceptrum

ptum Jovis erat, si quando concilium vocasset, & ad cœlicolas verba facturus esset. Ab eo ad Reges & Principes & Magistratus postea translatum, quemadmodum ex Ovidio apparet:

Læva manus sceptrum latè regale tenebat.

Hinc ad fœdera facienda semper adhiberi sceptrum consuevit; quando veteres in hoc Jovis simulachrum adhibere solebant cum sceptro. Quod cum difficile esset aliquando,

præsertim quando fœdera cum remotissimis fiebant, inventum est, ut sceptrum quasi imaginem Jovis tenentes fœdus percuterent. Hinc etiam pro Imperio seu regno per metonymiam usurpatur à Xenophonte: Non est aureum hoc

sceptrum, quod regnum servet, sed amici multi sceptrum sunt Regibus verissimum maximeq; securum. Quam sententiam imitatus Salustius, eleganter expressit: Non exercitus neq; thesauri præsidia regni sunt, verùm amici, quos

neq; armis cogere, neq; auro parare queas, officio & fide parantur. Unde Seneca rectè dicit:

Qui scepra duro sævius imperio regit,
Timet timentes, metus in auctorem redit.

Sic quoque Hesiodus dum de Minoë agens ait:

Sceptrum Jovis tenens, quo urbibus imperitabat.

Apud Homerum autem pro insigni potestatis accipitur, his verbis:

--- --- Unus Princeps esto (habentis
Unus Rex cui dederit filius Saturni obliqua consilia
Sceptrumq; & jura, ut ipsis dominetur.

Sic quoque à Dionysio Halicarnasseo scribitur, misisse Hetruscos Tarquinio insignia, quibus suos Reges ornare soliti essent, coronam, sellam eburneam, sceptrumq; in summo habens aquilam. Aquilæ sceptro impositæ meminit Prudentius in Hymno Romani Martyris:

C

Cura

*Lib. 8. de Pædia Cyri.
Cap. 10. in Bello Jugurth. p. m. 10.*

in Oedipo.

*Iliad. P. 9.
204. p. m. 66.*

Cum Consulatum initis ut vernæ solent,
(Pudet fateri) farre pullos pascitis,
Aquila ex eburna sumit arrogantiam
Gestator ejus, ac superbit bellua
Inflatus osse, cui figura est alitis.

Ad eandem etiam Juvenalis alludit :

Satyræ 10.

Da nunc & volucrem, scepro quæ surgit eburno.

Tarquinus Priscus semper eburneum usurpavit, in summo figuram aquilæ habens, & coronam auream, quam usque ad extremum tulit. Indis autem nisi ex ebano scepra sumere non licebat. Syri sceprum pro Regio diademate habuerunt. Æthiopum & Ægyptiorum reges sceprum in aratri forma gestavere. Antigonus autem Macedoniae Rex pro scepro thyrsus habuit. Romani quoque amicis regibus dono scepra & diademata miserunt. Externorum Regum autem scepra in summo ciconiam, in imo hippopotamus habuere effictum; quo argumento regem justitiæ obsequi oportere, atque feritatem & libidines, ne ira deserviat, molliri significabant: quod ciconia summæ pietatis, hippopotamus violentissimum animal foret. Lydiae verò reges scepri loco securim habuisse ferunt. Apud nos quoque in Electione Imperatoris in usu est, ut Electo Imperatori à cæteris Electoribus sceprum aureum detur & præferatur. Sic etiam Scepra aurea in solennitatibus Academicis à ministris Magistratui Academico præferuntur. Simile gestamen *Baculus*, & sine eodem ab antiquis adhibitum. Erat enim *BACULUS* à βακλον, *Βακλῖα*, virga manu regia gestata pro insigni potestatis. Illam auream Reges Assyriorum ferebant, ut Assverus, eamque, si quem volebant ad se accedere, porrigebant tangendam vel osculandam. Sic enim de Assvero scriptura: Cum vidisset Reginam stantem in atrio, placuit oculis ejus, & extendit contra eam virgam auream, quam

Dio lib. 3. c. 1.
Alexand. ab
Alexand. lib.
1. c. 28.

Alexand. ab
Alexand. lib.
1. c. 28.
Esther, c. 5.

quam tenebat manu. Quæ accedens osculata est summitatem virgæ ejus. Hinc factum apud Germanos, ut qui potestatem supplicii capitalis exercendi acceperunt, baculum teneant, quem sententiâ latâ confringant, utpote cessante potestate. Sed Princeps Moscoviæ, cum aliquem nobilium officio alicui præficit, baculum dare solet; quo significat, ei in omnibus veluti principi obtemperandū: qui magistratu abiens baculum illum in manū principis vel ejus vices gerentis reddere solet. Athenio servus baculū argenteum usurpavit. Apud Siculos quoq; regibus purpurea vestis, argenteus baculus & purpura gemmis extructa cum diademate dabatur. Lacedæmonii deferre in concionem baculum consueverunt. Sic Cynici, Philosophi Herculis imitatione baculum ferebant, uti ille clavam: & humerum dextrum extra pallium nudum ostentabant, sinu sub sinistram axillam rejecto.

Tholosang lib. 6. c. 20. §. 21. p. 390. Vide Alexand. Magnim de nece Rostovienfis Ducis. Florus lib. 3. c. 19. §. 20. & lib. 4. c. 11. §. 3. de Antonio & Cleopatra. Plutarchus in Vita Lycurg. p. 66. B. Brodæus in lib. 2. Epigram. in Philosophos.

CAPITULUM VI.

DE GLADIO, CRUCE, ET HASTA.

Gladii forma. Jus gladii. Insigne magistratus. Religiosè cultus gladius. Juramentum per gladium. Gladius Imperatori Rom. prælatus. Crux inter insignia. Eadem in moneta. Quid sibi velit crux globo terrestri imposita, & unde Origo. Hasta pro diademate. Eadem insigne regibus Boëmorum. Per hastas juratum.

Gladius à clade dictus est secundum Varronem. Eratq; anceps mucrone eximio. Nam Romani non cæsim sed punctim feriebant: cæsim pugnantes nō solum facile vicere, sed etiam derisere Romani. Brevis fuit, & duos pedes in lamina non explevit, vi tamen & firmitate maximâ, ita ut & cæsim eo pugnari posset. Jus gladii Ro-

Antiquitat. Roman. Compend. Hildebrand. p. 131.

*In bello Cati-
lin. c. 51. p. m.
191.
Lib. 1. C. Ne
sine juss. pr.
cert. jud.
Conf. lsc.*

*Ripbilinus in
Trajano.*

*Lib. 2. de bellis
Civib.*

ma pro summo illo ac praesertim, quod in facinorum coer-
citione consistit, mero imperio, atque adeo pro jure vitae ne-
cisque, priscis etiam Reip. temporibus usurpatum fuit, uti ap-
paret ex C. Caesaris verbis apud Salustium de Conjuratis: Ubi
per Senatus decretum, Consul gladium eduxerit, quis illi fi-
nem statuet? Sic quoque Theodosius in eleganti rescripto:
Praesides in illos gladii sui jus & severitatis exerceant, in quos
statim distringi ferrum jura praecipunt. Quid? quod ma-
gister quoque gentium ac summus Ecclesiae Doctor S. Paulus
Apostolus, gladium, ut insigne magistratus, certe meri im-
perii, nobis commendat, cum ad Romanos scribit, Magi-
stratum non frustra gladium gestare; sed Dei ministrum es-
se, ultorem ad iram illi, qui, quod malum est, fecerit. Clare
etiam ostendit Dio in Principum maximo Trajano. Ab hoc
enim cum multa alia sint moderatè sapienterque dicta vel ge-
sta, tum nihil ad aeternitatis famam gloriosius, ad exempli
normam utilius, & quo nomen Optimi majori jure com-
meritus esse videri possit: quam quod Praefectum Praetorio,
Licinium Suram (ut habet Aurelius Victor) inauguraturus,
cum gladium ei vaginam liberatum, tanquam insigne pote-
statis solemniter de more traderet, hujusmodi illum praeterea
verbis compellavit: Hoc ferro pro me utere, si rectè & ex u-
tilitate communi Remp. gesseris: sin minus, stringito id ad-
versus me; hoc autem ex eo dixit, quod gladius summi Im-
perii insigne esset. Eduardus VI. Angliae Rex seculari huic
gladio pie spirituales quoque addidit, quovis gladio ancipi-
ti penetrantiorum. Nam cum tres gladii ei ob tria regna
offerrentur, his verbis accepisse ajunt: Ecce adhuc unum
gladium, scripturam ostendens, sine quo ceteros tres vix te-
nere poteris. Gladius quoque in libera Rep. Imperatori in
bellum ituro, à Consule dari solebat, ut ex Appiano disci-
mus. Apud Alanos tam religiosa res fuit gladius, ut eam

tan-

tanquam numen venerati sint. Ita scribit Ammianus Mar. *Lib. 31.*
cellinus: Nec templum apud eos visitur aut delubrum; ne
tugurium quidem culmo tectum cerni usquam potest: sed
gladius barbarico ritu humi figitur nudus, eumque, ut Mar-
tem regionum, quas circumeunt, praesulem verecundius
colunt. Per gladium etiam & acinacem diversae gentes ju-
ramenti religione sese astrinxerunt. Ammianus Marcel-
linus de *Qvadis*: Eductisq; mucronibus, quas pro numini-
bus colunt, juravere se permansuros in fide. De militibus
item Juliani: Jussiq; universi in ejus nomen jurare solenni-
ter, gladiis cervicibus suis admotis sub execrationibus diris
verbis juravere conceptis, omnes pro eo casus, quo ad vitam
profuderint, si id necessitas exegerit, perluros. De Danis
deniq; M. Adamus: Caesari miserunt gladium videlicet ca-
pulotenus auratum & alia multa, pacem ritu gentis per ar-
ma juraverunt. Sic etiam inter insignia regalia, quibus in-
augurari ab antiquo consueverunt Imperatores, hodieque
manet gladius: eumque nudatum & strictum, quia in peculi-
aris majestatis symbolum praestant illis in Comitibus Im-
perialibus Electores Saxoniae, tanquam sacri Romani Impe-
rii Archimareschalli, horundemque vicarii Pappenheimii:
factum exinde, ut instrumentum illud dignitatis suae armis
quoque gentilitiis inferuerint. Quomodo nimirum Pala-
tinus seu hodie Bavarus & Brandenburgicus illud ipsum,
quod Imperatori de solennitate in publico praefert, glo-
bum puta Imperii aureum, sceptrumque palam in insignibus
suis ostendunt. *Henelius in
Otio VVratio-
la 8.*

In Coronatione Wilhelmi Hollandi Aquisgrani facta
MCCXLIX. Saxonem ensiferum sic illi dixisse ferunt: Ac-
cipe enses regium, ut rebelles severa correptione poten-
ter affligas, omnesque benevolos in tranquillam pace gubernes.
Olim certe quidem apud Massilienses usitatum, ut gladius

evaginatus in solennitatibus prælatus indicaret justitiam, ut terror fontibus incutiatur, & infantes sciant, se sub protectione summi magistratus ab injuria & vi tutos esse. *Cruce alba* (nam & hæc inter insignia) in rubeo campo data ab Arcadio Imperatore Messanæ civitati illustri Siciliae, quod is Arcadius à Gothis & Bulgaris terra mariq; obsessus, auxilium ab ea recepisset missum. Eximium autem illud munus: cum Imperator adeò hoc Crucis signū revereretur, ut etiam auream monetam cruce insigniendam curaverit, quæ in usu totius Asiæ postea permansit: quia ante victoriam de Persis, æræ cruces in vestibus apparuissent. Romani nempe Principes, ut in cudenda moneta non minimam majestatis suæ partem posuerunt, atque gloriæ suæ quævis monumenta omni studio & ambitione impresserunt: ita postquam Christo nomina dederunt, omissis prioribus illis, & consuetis & variantibus figurarum characteribus religionem illam etiam nummis consecrare voluerunt. Ita Constantinus Primus crucis signum & characterem, ut Labaro clypeoque & galeæ suæ, ita etiam nummis insculpsit: quod institutum, successores ejus secuti constanti devotione servaverunt, idq; diversis modis expresserunt, ut apud Antiquarios videre est. Postea ipsum etiam Dominum apposuerunt, modò Imperatori ad latus, & diadema ei suâ manu imponentem (ad exprimendum scilicet titulum illum, quo Θεοσεβεις se vocabant à Deo coronatos, quod illorum æmulatione etiam Carolo Magno acclamatum legimus) modò aversâ parte nummi, tenentem librum vitæ, cum inscriptione: JHESUS CHRISTUS REX REGNANTIUM. Alii deniq; in totum omittens suâ imagine & titulo Christum solum insculpsit, cum literis JHS XPS EMMANUEL: aversa parte modo has literas: JESUS CHRISTUS BASILEUS BASILEON (quod primum instituisse Joannem Zimiscem Imperatorem

*Tholosan 9 lib.
6. c. 17. sect. 1.*

*Lipsius de Cru.
ce lib. 3. c. 15.
& seqq.*

rem Cedrenus; & ex eo Curopalates scribunt) modò inte-
gram crucem cum literis JHS XPS NIKA, quod omninò
imitati Franci Cæsares & Reges solenne illud in suis solidis
circa crucem florescentem fecerunt: Christus vincit, Chri-
stus regnat, Christus imperat. Sic hodie videmus Impera-
tores ita pingi, ut sinistrâ manu teneant sphæram, quæ or-
bem terrarum designet, eiqve impositam crucem. Quod
sanè quid sibi velit, & quando natum, cum multi ignorent,
Johannes Meursius in Mantissa ad Librum de Luxu Roma-
norum explicuit. Sciendum, inquit, est per crucem signifi-
ficari, fidei in crucifixum Deum beneficio illos terrarum,
orbis imperium adeptos esse: primusq; ita in Augusteone
effingi se Justinianus curavit, post ædificatum S. Sophiae tem-
plum, & ab illo mox reliqui imperatores. Atqve ita tradi-
ta in nostras manus hæc consuetudo. Locum quem ex Co-
dino in Orig. Constantinop. allegat, ita vertimus: Consti-
tuit statuam suam (Justinianus) equestrem in columna. Et
laevâ quidem manu fert globum impacta in illum cruce,
tanquam per fidem in crucem terrâ universâ potitus. Glo-
bus quidem terra, propter circularem ipsius figuram. Fi-
des autem Crux, propter clavem affixum in ea secundum car-
nem Deum. Hieronymus & in diademate ponit: regum,
inquit, purpuras & ardentes diadematum gemmas patibuli
Salvatoris pictura decorat. HASTAS quoque in veteribus
memoriis legimus regii fastigii insigne diadematis loco fu-
isse. Sic enim Justinus: Per ea adhuc tempora Reges ha-
stas pro diademate habebant: quas Græci sceptrâ dixere.
Nam & ab origine rerum pro Diis immortalibus veteres
hastas coluere: ob cujus religionis memoriam adhuc Deo-
rum simulacris hastæ adduntur. Hinc lectum, esse in Sici-
lia urbem, cui nomen Aegion, antiqvissimam quidem &
Dearum religione celeberrimam, quæ Materæ nuncupen-
tur,

Lib. 43. c. 3.
n. 31



Calvus l. 21. c.
16. A. L.

Aeneas Sylvius
de BOEMIA
c. 22.

Turnebus lib. 8.
c. 16. l. 22. c. 12.

sur, quarum simulacris tum Meriones tum Ulysses hastas affixerint, inscriptis etiam dicantium nominibus. Anno 1079. ad Fladenheim Henricus IV. Imperator contra Rudolphum Sveviae ducem electum Regem, Vratislao Boemiae duce suppetias ferente, potitus est victoriâ. In ea pugna BOEMIAE dux, regiam Rudolphi hastam nactus est. Eaquæ à Cæsare BOEMO ob res præclarè gestas donata, in posterum BOEMORUM regibus insigne imperii solenne fuit. Eundem Henricus Moguntiae, in celebri principum coetu, regem declaravit anno 1086. Turnebus notat, jam belli Trojani tempore scepra Regum hastas fuisse: & veteres per hastam jurasse, eamque pro Deo coluisse. Hinc Cænei Hasta Proverbio celebrata est, quam ille à civibus & viatoribus coli & cuius nomine jusjurandum concipi cogebat.

CAPITULUM VII. DE FASCIBUS ET IGNIS PRÆ- LATIONE.

*Fasces Rom. quid. Prælati Consulibus potissimum. Latreati quando usurp-
ri cepti. Prærogativa in sumendis fascibus. In luctu versi fasces. Cau-
sa moris illius è Plutarcho. Ignis prælatio apud Persas. Translatus
mos & usurpatus à Romanis. Ignis non fuit è carbonibus aut ligno, sed
Lampas.*

Fasces, Romanorum insignia, erant bacilli aliquot teretes ex ulmo præcipuè aut betulâ, loro colligati in modum fascis. Hujusmodi fasces sex Prætori ut & Magistro equitum: sed Consuli XII. dictatori XXIV. præferebantur à totidem lictoribus, qui non gregatim, nec item bini ternivè, sed singuli & in lineam ibant, ut submoverent occurrentes: atque hi erant liberi, non servi; & plerumque;

rumque ex ima Quiritum plebe lecti, ut postea etiam ex corpore liberinorum. His secundum nonnullos Romulus etiam usus. Sed Eusebius Tullum Hostilium primum Rom. regum fasces habuisse asserit. Consulibus potissimum prælati, & ob consularem dignitatem etiam Principibus. Origo ab Augusto, cujus honori Senatus decrevit anno urbis DCCXXXV. uti Consulari potestate semper esset, fascibusque duodecim uteretur. Decretum Magistratui est, ut magister morum per quinque annos esset, potestatemque censoriam per id temporis, consularem autem, quamdiu viveret, haberet, ut semper & ubique fasces ei duodecim præferrentur, ac in medium consulum semper sella curuli sederet. Eumque morem tenuerunt Principes secuti: ita ut laurum tamen fascibus non adderent, nisi in victoriâ. At statim per adulationem irrupit, ut omnium Principum fasces & semper laureati essent. Eaque notâ maximè distinctus à Vulgo Princeps. Herodianus de Gordiano: Principalis pompa omnis, militesque quicumque aderant, juvenesque urbani procera statura, ad eorum similitudinem qui Romæ Imperatorem comitantur, secuti sunt: Virgæ item laureatæ, quo insigni principes à privatis dignoscuntur. Capitolinus in Maximinis: Inde Carthaginem venit cum pompâ regali, & protectoribus, & fascibus laureatis. Quando id cœperit, ignarum se esse Lipsius fatetur: paulatim quidem non solum laureatos admissos fasces ait, sed & auratos. Claudianus Panegyrico in VI. Consulatum Honorii.

Lipsius Elect. 4.

l. c. 23.

In Olymp. 26.

Dio. Lib. 4.

p. 527.

Lib. VII.

---- agnoscunt rostra curules

Auditas quondam proavis: desvetaq; cingit
Regius auratis fora fascibus Ulpia licitor.

Vide Lipsium

Comment. ad
lib. 13. Annual.

De prærogativa in sumendis fascibus Gellius memoriæ prodidit. Sic enim ait: In capite septimo legis Juliae pri-

p. m. 339.

Lib. 2. c. 15.

p. m. 74.

D

ori

ori ex Consulibus fasces sumendi potestas fit, non qui pluris annos natus est, sed qui pluris liberos quam Collega aut in sua potestate habet, aut bello amisit. Sed si par utriusque numerus liberorum est, maritus, aut qui in numero maritorum est, præfertur. Si verò ambo & mariti & patres totidem liberorum sunt, tum ille pristinus honos insta- tur, & qui major natus est, prior fasces sumit. In luctu verò fasces prætulerunt illi, qui in vita habuit, ut testis est Polybius his verbis: Isti igitur curru sic incedunt. Fasces verò & se- cures ac reliqua principatibus consveta, secundum dignita- tem cujusque præcedunt, quæ, dum in vivis esset, in Rep. eminuit. Et notandum, fasces hosce verti solitos, ut disci- mus ex Tacito: Igitur tribunorum centurionumque hu- meris cineres portabantur: præcedebant incompta signa, versi fasces. Quem morem tetigisse videtur Albinovanus in Funere Drusi:

Quos primùm vidi fasces in funere vidi,
Et vidi versos indiciumque mali.

Causam moris fasces præferendi Plutarchus assignat, osten- dens vel indicium id fuisse, iram Magistratus non debere esse in proclivi, & solutam: vel propterea sic institutum, ut solutio fascium, quæ paulatim fit, moram aliquam iræ injiceret, & cunctationem: fecisseque nonnunquam, ut sententia de supplicio exigendo mutaretur. Virgas verò & se- cures simul ipsis prælatas, ut cum vitiorum alia sana- bilia sint, alia insanabilia, virgis corrigerentur, quæ emen- dari possint; securibus amputarentur immedicabilia. Pauca etiam dicenda de Ignium prælatione, partim pro- pter materiæ raritatem; partim propter morem egre- gium, nec apud omnes receptum. Ac Imperatoribus qui- dem I G N E M præferri, acceptum primùm à Persis fuit, apud quos sicut in more positum erat, ignem divinis hono- ribus

Lib. 6.

*Lib. 3. Annal.
6. 2. §. 2.*

*Rosinus Anti-
q. Hist. Rom. c.
3. Lib. 7. p. m.
1091.*

Strabo lib. 17.

ribus colere & adorare & inexstinctum conservare, sic & Regi suo, quem ut Deum adorabant, præferre consueverunt. Asiaticis morem Ammianus his verbis tribuit: Feruntque etiam, (si justum est credi) ignem cœlitus lapsum apud se sempiternis focolis custodiri. Cujus portionem exiguam faustam præisse quondam Asiaticis regibus dicunt. Itaque ut Romani Janum in sacris præferebant, ita à Persis Ignis divinis illis honoribus cultus, perpetuò focus accensus, sic ut nunquam deficeret, adservabatur: eumque regibus præferre solitum, ac demum illis vitâ functis extinetum esse tradunt. Legitur quoque in cap. 3. v. 8. Judith, quod Principes & honorati simul cum populis exiverint obviam Nabuchodonosori venienti, eum excipientes cum coronis & lampadibus, ducentes choros in tympanis & tibiis. Translatum & usurpatum hunc morem à Romanis principibus indicat Herodianus in Commodò, dum ait, Commodum Cæsarem sorori suæ Lucillæ honores servasse. Nam, inquit, & in theatris sella imperatoria sedebat & ignis eam præcedebat. De Macrino addit: exercitus omnis cœterumque vulgus Imperatorem atque Augustum consalutavit, tum amictum purpura, reliquoque ornatu atque apparatu ibidem ex tempore conquisito, præcedente etiam igne, in Antiochiæ primum templa, mox ad suas ædes deduxerunt. Meminit &, dum in Pertinace ait: Grande videlicet officium, focos quoque & choros in publicum educere. Sic & Gordiano ignis de more prælatus fuit, ut speciem fortunamque, exiguum sanè tempus, Romæ civitatis Carthago repræsentaret. Ignis autem ille apud Horatium prunæ batillus,

Linqvimus insani ridentes præmia scribæ,
Prætextam, ex latum clavum, prunæque batillum;

Herodianus
lib. 1. c. 8. p.
m. 23.
Idem lib. 2. c.
8. p. m. 21.

Herodianus lib
7. c. 6. p. m.
305.

Lib. 1. sat. V.
v. 35.

Lipſius Com-
ment. in lib. 1.
Annal. Tacit.
p. m. 17.

ſed tantùm lampas fuit. Vide Lipſium, qui & ipſe, ignem præferendi morem Romam traductum è Perſis, exiſtimat: Illorum enim Regi prælatum ignem. Sed manum de tabula: ne diſputationis modum excedat noſtra diſſertatio. Cui à benevolo Lectore veniam datum iri vel eo nomine, quòd nullum ingenium placuerit ſive venia, planè confidimus. Subjungimus autem, ut uberior ſit diſputandi materia, ex Politicis hæc Corollaria.

1.

Majeſtas eſt poteſtas ſoluta legibus.

2.

Malè à nonnullis dividitur Majeſtas in Realem & Personalem.

3.

Juſtum aut injuſtum eſſe accidit legibus.

4.

Majeſtas eſt indiviſibilis.

SOLI DEO GLORIA.

ERRATA:

Capit. I. Eumenes pro Antigenes. In margine: Plin. l. 7. c. 56. pro Plin. l. 7. c. 6. Ibidem: Ut Alcisthenes Sybarita nobilis vestis elaborator pro & Alcisthenes Sybarita, nobilis vestis elaborator. In loco Silii: Gestat læva decus, pro gestat Juba decus. In fine capituli primi: albatumq; diadema pro ablatumq; diadema. In margine capituli secundi, Lib. 23. Hist. pro Lib. 23. Arist. In Capitulo III. post illa verba, Parthia supplex signa illa porrigere & reddere fingitur, omiſſa ſunt iſta: Tiaram vulgarem & popularem geſtans in capite, Galeri forma & pilei. Ibidem: Solebant autem Perſæ, pro: Solebant enim Perſæ. Ibid. in margine inferenda in allegato Drexelii vox *Mortis*: *Mortis nuntio*. In ſummariis capituli V, in imo pro in imò.

CAR-

CARMINA GRATULATORIA
PATRONORUM ET AMICORUM.

Noscitur ex cantu volucris, **DE INSIGNI-**
BUS Autor

Scribens profectus exhibet ille suos.
Nil opus est scriptum, RÜDELI, carmine laudem,
INSIGNE ingenium res probat ipsa Tuum.

Amadeus Eckolt / J. U. D.
& Prof. Publ.

Ardua sat res est insignia nosse regentum,
Orbiq; literato

In Cathedrâ publicè qui sistat, dignus honore,
Et laude prosequendus.

Rüdeli factum! Rüdeli clare quid inde?
Es laude prosequendus!

D. Paulus Franciscus Romanus.

AD

DN. EDUARDUM RUDELIUM,
De Principatus Insignibus disputaturum
PRÆSES.

In alta tendit viribus major suis,
Juvenilis ardor, clare RÜDELI, tuus,
Cœlumq; spirat. *Dædalone te satum.*
Clymeneve dicam? Summa sic semper petis,

D 3

Sic.

Sic summa anhelas. Aureos Phœbus daret
Currus regendos, credo scanderes datos,
Tanta est orexis, tanta gloria sitis,
Præceps ferendus: Patre nec cato minus
Ceras liquandas corpori aptares gravi.
Compesce mentem. Non iter tentas leve,
Per ipsa Tauri devehendus cornua,
Per & Leonis ora, per chelas Nepæ,
Cancrig, curva vellicantis brachia,
Aræq, mediam nî probè tenes viam
Cursumq, & angvis tortuosi limitem.
Obtundor, & te major impetus rapit
Per omne vectum nuper auctorum genus,
Nec pœnitendâ præditum scientiâ
Fateor, sed isti quæ sit impar ausui,
Animiq, robur postulet firmum magis.
Jamq, ecce currus letus ascendis novos,
Manuq, habenas tangis haut tactas prius,
Dictis repugnans, grande propositum premens,
Nec avocandus nec reflectendus prece.
I quò lacescit, contineri nescia,
Te accensa virtus indolesq, erectior,
Tritasq, nondum pervagare semitas.
Nos,

*Nos, si quid olim improvidè forsan ruit
Ætate lapsus pati abimus tuos,
Æqui nec omni laude te privabimus,
Imitati amantum Najadum doctos modos,
Atq; excidisse gloriam putabimus.*

Q Væ Principatus gesserint insignia
Quondam Magistri gentium; tribus docet
Sed eruditus EDUARDUS chartulis.
Insignis admovebit hunc industria
Clari fovenda mente BECLERI catâ
Lateri virorum Principum. Sic auguror

*Christian Fridericus Francken
stein / P.P.*

A. Ω.

D Um loqueris nobis **INSIGNIA PRINCIPUM;**
Amice,

*Rü DELI, signas insignia signa politi
Ingenii, prodisq; Animum sublimia quondam
Captantem, faveant si votis fata, quod opto*

M. Fr. Geislerus,
Silesius,

Osten-

AK Tm 455

Ostentat tenebris glomerabile Cynthia Lumen
Quod dat mutuiter Phœbus Acersecomes.
Quæ cata RAPPOLTI doctrinæ dogmata debet
Rüdelii nomen; charta polita docet.

*Johannes Cyprianus,
Polonus.*

F I N I S.



1707

n. 5

Magnifico
DN. CH

Serenissimi
Scabina

Magnifico
DN. JO
in Höffichen
RIC

DN. HE
Hæreditario

DN. JO
BOS
Mæcena

Cultissimoq
AUREN-

. Consiliario,
fuli longè

Amplissimo
ETZIO,
CAMERA-
simo.


moq
KERO,
niz/ Senatori
rimo.

simo
NESTO
imario.

s, Affiniq
hi

demicum

is à Leuenstern/
TOR.



culu
expo
diffi
corp
distr
fuer
am
mod
ad r
gref

Diad

